Lib. XXI. Tit. I.
De ædilitio Edicto & redhibitione, & quanti minoris.

§.1. *Ædilitii Edicti*

Priora damnis obveniunt

Cautionibus, antequam acciderent:

1. ut vitium in vendenda re pronuncietur,
2. ut emptoribus propterea ſtipulentur.

Actionibus, ſi jam accidiſſent. Ubi not. 1. *Res*, 2. *Cauſa*. 3. *Actio*.

§.2. (1) Res, directè, *mancipia*, *jumenta*,

utiliter *omnes res vitiabiles*, ſ. principales, ſ. acceſſoriæ, certò determinatæ.

Si plures res homogeneæ ſimul veneant, unius vitium omnes vitiat, niſi ſigillatim, ut ſingulæ, emantur, & niſi res ſint viliores & minimæ.

§.3. (2) *Cauſa*

vel *remota*,

directè, Emptio, Venditio, Excipe eam, quæ fit à Fiſco:

utiliter, Inſtar Emptionis v.g. permutatio, diviſio, in ſolutum datio.

Non vero donatio, locatio &c.

vel *propinqua*

I. Communes

1. *Reticentia vitii* facta callidate, ſ. ignorantiâ

Vitium ſit,

1. *Corporis*; de vitio animi datur actio empti.
2. *non leve*, quod uſum impediat.
3. *latens*, quod ex inſpectione emptori non appareat.

De externo vẽditor non tenetur, etiamſi negaverit.

Equus *Iure Sax*: vitioſus eſt

1. Retrogr. 2. Cœcus. 3. Scabioſus. 4. Pituitoſus.

Venditor ſtet laudibus.